

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco**

**Schoppe, Caspar**

**Perizonius, Jacobus**

**Franequera, 1687**

XI. Miles

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](#)

per *au*, nunc per *o*, enunciarunt; ut, *taur*<sup>o</sup>,  
*taurus*; *aūlā*, *aula*; *Kaukus*<sup>o</sup>, *Caucasus*; *āvior*,  
*aureum*. *Orata*, inquit Festus, genus pisces appellatur,  
 à colore auri, quod rusticī Orum dicebant;  
 ut, auriculas oriculas. Itaque Sergium quoque  
 quendam prædixit, quod & daubis annulis aureis,  
 & grandibus uteretur, *Oratam* dicunt esse appellatum.  
 Hec Festus. Quin & sepe apud antiquos,  
*au*, migrabat in *o*, ut *cauda*, *coda*; *Caurus*, *Co-*  
*rns*; *plaustrum*, *plostrum*; *cautes*, *cotes*; *caudex*, *co-*  
*dex*; *plaudo*, *pledio*, *explodo*; *Plautus*, *Plotus*; *cau-*  
*tio*, *cotio*; ut apud Plautum; *Nibili* *cotio* est.  
 Eodem igitur pacto ex *μανερός*, id est, obscu-  
 rus & niger, fit *morus*, cuius fructus niger est.  
 Quid, quod etiam \*apud Græcos in usu est,  
*μορέα*, pro ipsa arbore mori? Sepissime His-  
 spani, faciunt o: ut, *Tauris*, *toro*; *auram*,  
*oro*; *laurus*, *loro*; *pansas*, *posas*, *Maurus*, *Moro*,  
*moral*; *laus*, *loor*; *laudare*, *loar*; *Paulus*, *Polo*; *can-*  
*da*, *coda*; *causa*, *cosa*; *paucum*, *poco*; *audire*,  
*oyr*; *auditus*, *oydo*; *cautum*, *coto*; *caules*, *cole*.  
 Et Italice *Moro*, significat fuscum; ut apud  
 Tassum in Amadigiano, 57.

Un Gigante nel volto arsiccio, & more.

## XI. MILES.

**F**esti Pompeji hæc sunt verba; *Militen* *Æ-*  
*lius* à *mollitia*, *καὶ ἀνιψεωσιν*, id est, per  
 antiphrafin, dictum putat, eò quod nihil mole,  
 sed potius asperum quid gerat; sic ludum dicimus,

\* Apud Græcos in *μορέα* est] Immo & ipsum *μορέα* pro  
 fructu. Unde proinde rectius, repugnante licet prosodia,  
 adducit Vossius Latinam vocem.

Et quo minimè luditur. Hæc ille, satis ineptæ.  
 Ulpianus lib. 29. l. 1. §. de Militari test.  
 Miles, inquit, appellatur, vel à malitia, id est,  
 duritia, quam pro nobis sustinet; aut à multitudine,  
 aut à malo, quod arcere milites solent; aut à Græco  
 verbo χιλιος, unde χιλιον trahit est: nam ita  
 Græci Χίλια, & mille hominum numerum appellant;  
 quasi millesimum quemque dicas; unde ipsum quoque  
 ducem χιλιαρχον, appellant. Hæc ille. Ex his au-  
 tem opinionibus postrema verior, & aptior  
 est, utpote quæ Græcae origini magis quadret.  
 \* Itaque miles, propriè dicebatur, qui unus ē  
 mille, non sine dignitate nomenclaturæ, vo-  
 cabatur. Nos dicimus de xxiv. rectoribus  
 Hispalensibus; Es veinte y quatro de Sevilla. Ver-  
 ba porrò Ulpiani male citat, & interpretatur  
 Laurent. Valla lib. I. cap. 14.

## XII. SIMULTAS.

**S**imultas, inquit Festus, dicta ex contrario,  
 quia minimè sint odientes se simul. Hæc ille.  
 † Sed quur non potius à simulando, quum  
 qui latenter dissentiant, semper simulata lo-

R r                          quan-

\* *Itaque miles propriæ &c.]* Vere Miles à Mille deducitur,  
 quod vocabulum olim etiam Mile scribatur. Scilicet  
 temporibus Romuli quæque tribus mille homines confe-  
 rebat in Legionem. Unde qui inter eos erat, dicebatur  
 Miles, quasi milesimus, seu unus ex illis mille vel mille-  
 mis. Qui vero his mille millesimis præterat, à Tribu  
 Tribune appellabatur. Hæc vera ratio & origo vocabu-  
 li Miles. Verba Ulpiani paulo aliter se habent

† *Sed cur non potius à simulando]* Addit hoc ipsum etiam  
 Festus. Potest, inquit, & à simulatione dicta existimari,  
 quia simulato loquuntur ad invicem. Ego vero potius dictum  
 arbitror ab eo, quod inter pares tolerare esse æmulario,  
 & que inde oritur, invidia ac contentio. Vide Vos-  
 sim.